

58.

DISPUTATIO IURIDICA  
DE  
INIURIIS ET FA-  
MOSIS LIBELLIS,

Quam,

DIVINA ANNUENTE GRATIA,

*Magnifico & Nobilissimo Jctorum Ordine in inclita  
Salana consentiente & approbante,*

SUB PRÆSIDIO

VIRI

*Amplissimi Consultissimi atq; Excellentis-  
simi*

Dn. CHRISTOPHORI PHILIPPI  
RICHTERI, Jcti, & PROFESSORIS PV-  
blici, Consiliarij Saxonici & Ebersteinensis gravissimi, Facultatis  
Juridicæ Senioris, & p. t. Decani, nec non Curia Provincialis &  
Scabinatus Assessoris Celeberrimi &c. Domini Præceptoris,  
Patroni ac Promotoris sui, Summo honoris &  
observantiæ cultu usquevq; profe-  
quendi,

*Publica & placida discussioni sub-  
jicit*

JOHANNES ANDREAS Gsell/

Hallensis Saxo.

in Auditorio Jctorum.

*ad diem 10. Octobr. horis matutinis consuetis.*

JENÆ,

Literis CASPARI Frenschmieds/ & GEORGI Sengenwaldts.

ANNO M. DC. XLVI.

DISPUTATIO JURIDICA

IN IURIS ET FA-  
MOSIS REBUS

DIVINA ANTHEMIA GRATIA

AD HONORANDUM PATRIS

SUBTITULUS

IN CHRISTOPHORI PHILIPPI

RICHTERII JOHANNIS PROFESSORIS

IN IURIS ET FAMOSIS REBUS

DISPUTATIO JURIDICA

IN IURIS ET FAMOSIS REBUS

DISPUTATIO JURIDICA

IN IURIS ET FAMOSIS REBUS

DISPUTATIO JURIDICA

JOHANNIS PHILIPPI

RICHTERII JOHANNIS PROFESSORIS

IN IURIS ET FAMOSIS REBUS

DISPUTATIO JURIDICA

IN IURIS ET FAMOSIS REBUS

DISPUTATIO JURIDICA

IN IURIS ET FAMOSIS REBUS

DISPUTATIO JURIDICA

IN IURIS ET FAMOSIS REBUS



Utrum difficillimum sit, minimas etiam con-  
coquere injurias; operæ pretium duxi, de  
utilissima, & corruptissimo hoc seculo  
(proh dolor!) frequentissima injuriarum  
materia, non quidem pro ejus dignitate; sed ingeni-  
oli mei tenuitate; breves aliquot theses in publicum  
proferre. Omissis igitur ulterioribus verborum an-  
fractibus (quid enim vino vendibili opus est hedera?)  
in nomine Domini nostri Jesu Christi me cum Justi-  
niano in l. 1. Cod. de off. pref. Afr. ad destinatam  
materiem felici omine accingo.

## PRÆLOQUIUM

Utrum difficillimum sit, minimas etiam con-  
coquere injurias; operæ pretium duxi, de  
utilissima, & corruptissimo hoc seculo  
(proh dolor!) frequentissima injuriarum  
materia, non quidem pro ejus dignitate; sed ingeni-  
oli mei tenuitate; breves aliquot theses in publicum  
proferre. Omissis igitur ulterioribus verborum an-  
fractibus (quid enim vino vendibili opus est hedera?)  
in nomine Domini nostri Jesu Christi me cum Justi-  
niano in l. 1. Cod. de off. pref. Afr. ad destinatam  
materiem felici omine accingo.

### THESIS

1.

**V**ocabulum injuriæ sumitur à Jctis vel generali-  
ter pro omni eo quod non jure fit (a) vel specia-  
liter (b) id est fit tribus modis; aut enim significat cul-  
pam (c) aut iniquitatem & injustitiam (d) aut contu-  
meliam (e)

(a) *Pr. Inst. de injur. § l. 1. ff. eod.* Dicitur n. injuria  
quasi sine jura, h. e. sine jure, & justitia. Græcis παρανομία s.  
παράνομον. Et in hac significatione omnia delicta tam privata  
quam publica, quoniam contra jus sunt, rectè postunt dici  
injuriæ. (b) *d. pr. § l. 1.* Nam ut multa alia vocabula juris,  
contractus, actio, adoptio, Magistratus; ita & hoc inter-  
dum generale est, interdum speciale. (c) seu damnum cul-  
pa datum, ut in *L. Aquilia. r. s. Inst. § ff. de L. Aquil. § d. l.*  
*1. pr. ff. de injur.* quam culpam Græci tum ἐγκλημα tum ἀδίκημα  
dicunt

Λ 2

dicunt. *d. pr. Inst. de injur.* (d) Græcis ἀνομιαν καὶ ἀδίκαν. Nam  
 iudex cum iniquè & injustè dixerit sententiam, injuriam is  
 accepisse intelligitur, contra quem pronunciat. *d. l. 1. pr.*  
*§ l. 32. ff. eod. l. 46. §. 4. ff. de procurat.* Injuriam siquidem  
 facit, & tamen ius dicit, relatione facta ad id non quod fecit,  
 sed quod facere debuit, ac proinde licet injustitiam admittat,  
 nullam tamen facit contumeliam ei, quem condemnat, ut  
 qui per imprudentiam peccat. *Vult. in Com. ad pr. Inst. de*  
*injur. n. 4.* (e) Quam Græci ὕβρις, Germani eine Schmach/  
 lästerung oder Antastung appellitant, & à contemnen-  
 do dicta est, *d. pr. Inst. de injur.* tum quod contemptum &  
 dedecus ei, qui injuriam patitur, accersat; Neminem n. ni-  
 si quem contemnit, notare tali injuriâ gravissimus est au-  
 tor Seneca, ut proinde haud incongruè injuria, contumeli-  
 osa dici possit; tum quod contemptum & ad alterius infami-  
 am fiat *d. pr. ff. d. t. § l. 15. §. 25. eod. Wesenb. in Par. ff. d. in-*  
*jur. n. 3.* Atq; ita vocabulum injuriæ specialissimè sibi u-  
 surpat hoc delictum injuriæ, ut, cum injuriam dicimus, nul-  
 lo alio addito, ex quo intelligatur, aliam intelligi, hæc in-  
 juria καὶ ἐξοχήν intelligatur. *Vult. d. l. n. ult.* atq; in hac postre-  
 mâ speciali significatione in præsentiarum vocabulum in-  
 juria accipitur.

II. ὕβρις καὶ ἀδίκημα

Hæc non incommodè describi potest, quod sit deli-  
 ctum (a) privatum (b) dolo malo (c) in hominem  
 liberum (d) contumeliosè (e) admissum ad corpo-  
 ris, dignitatis, famæve læsionem respiciens, (f)

(a) Generis loco ponitur delictum privatum cum Domino  
*Harpr. ad pr. Inst. h. t.* & non crimen; quia hoc est capitalis  
 fraus & publicum maleficium; illud v. privata noxa. *l. 17. §.*  
*18. de Aedil. Edict.* quanquã crimen nonnunquam etiam pro  
 privato delicto usurpetur *l. 1. §. 3. ff. de pæn.* Sed id magis im-  
 propriè. (b) *l. 7. § l. ult. Cod. de injur.* quandoq; tamè etiã pu-  
 blicum est delictum. *l. un. Cod. de fam. libell. l. 5. §. 9. § 10. ff. de*  
*injur. Bocser Disp. Jurid. class. 3. Disp. 4. tb. 2.* (c) Cum primis er-

gō, ut injuria facta dicatur, dolus requiritur; quia iniuria non  
fit nisi animo injuriandi & dolo malo, l. 6. §. 9. ff. de injur. &  
fam. lib. Cūm ex effectu constet. l. 34. pr. de Obl. & Act. l. 3.  
§. 3. d. t. de injur. Quare si quis non animo injuriandi sed po-  
tius castigandi vel jocandi, aut certandi, vel etiam invitus  
aliquem laeserit, injuriarum non tenetur. d. l. 3. §. 3. l. 4. l. 13.  
§. 9. l. 15. §. 23. l. 33. ff. d. t. l. 3. §. ult. ff. de Obl. & Act. probare  
tamē cogitur reus, se nō animo injuriandi s. maledicendi fe-  
cisse vel dixisse, si id, quod obicitur, naturā sui est contume-  
liosum; Omne siquidem verbum injuriosum animo inju-  
riandi prolatum praesumitur, nisi probetur contrarium, l. 5.  
Cod. de injur. & talia sunt subiecta, quae prae dicata demon-  
strant, & e contrario, arg. l. 38. §. 6. ff. d. V. O. Dolus n. & de-  
linquendi animus praesumitur in eo, qui in re illicita versatus.  
Gl. in d. l. 5. in verb. probare potes In conjunctis tamen perso-  
nis, puta, parente, praetore, Magistro, Domino, Cognato,  
marito, amico, si id quod per se injuriosum est, dictum  
factumve fuerit, corrigendi & docendi potius, quam injuri-  
andi animus praesumendus est, l. un. Cod. de emend. propinq.  
l. 5. §. 3. ad L. Aquil. l. 13. §. 4. locati. Ratio n. sanguinis tollit  
praesumptionem inferendae injuriae. l. 34. Cod. ad Leg. Jul. de  
Adult. Inde notabiliter Bart. in l. 3. §. 4. ff. de Just. & Jur. Scri-  
bit, quod injuria, quae fit a parente usque ad septimum gradum,  
non praesumatur animo injuriandi fieri. Gail. 2. Obs. 106. n. 6.  
Harp. ad d. pr. n. 8. Quod si illud quod illatum aut obje-  
ctum est, sui natura aut moribus per se non est injuriosum,  
tunc actor probare (per conjecturas sc. non plenas proba-  
tiones. argl. 5. §. 6. de re mil.) compellitur, quod nisi fecerit,  
reus absolvitur l. 2. l. 23. ff. de probat. & praesumpt. l. 23. Cod. cod.  
Tr. sel. Disp. vol. 2. D. 30. th. 5. lit. B. Arum. Exerc. Justin. 17. th.  
25. & Disp. 24. Pand. th. 16. Berlich part. 5. Concl. 60. n. 5. & 6.  
ubi idem de verbis indifferentibus (quae possunt importare  
injuriā, & eam non importare) pronunciandum autumat.  
Quid v. si reus constanter dicat, se verba quaedam animo  
injuriandi non protulisse, hoc a. conjecturis vel aliter pro-  
bare nequeat, nunquid ei juramentum purgatorium deferri  
poterit? Nos quaestioni hujus affirmativam ut communio-  
nem 29

rem, ita & veriore[m] amplectimur, innocentia siquidem  
cum in animo consistat, non nisi juramento probari potest.  
*l. 5. §. 4 ff. de his qui not. infam. l. 18. Cod. ex quibus cau. infam.  
irrog. Gal. 2. Obs. 106. n. 5. SchneidW. ad §. ult. Inst. de injur.  
Cöpp. Obs. 51. n. 11. Berluc. d. Concl. 60. n. 13. ubi addit. hoc  
tam in foro communi quam Saxonico verissimum esse, &  
quotidiè ita praticari. Notandum insuper, quod etiam  
his verbis injuria à Lege Aquilia secernatur. Nam in hac le-  
visima quoque praestatur culpa. *l. 44. ff. ad Leg. Aquil.* In illa  
tantum dolus *l. 3. §. 1. ff. de inj. & fam lib. (d)* Hinc constat,  
quod injuriarum actio ad liberos solummodò homines perti-  
neat, servis n. nulla fit injuria. *§. 3. Inst. de injur.* quia ut servo-  
rum nulla est persona s. caput, ita nec dignitas vel existima-  
tio, quæ imminari potest, cum pro nullis habeantur & qua-  
drupedibus cæterisque rebus nostris exæquentur *l. 2. in fin. de  
cap. min. l. 31. ff. de R. J. l. 2. §. 2. ad L. Aquil. (e)* non n. suffi-  
cit, ut dolo malo aliquis lædatur, sed & simul necessum  
est, ut animo injuriandi & animo contumelioso id fiat, à quo  
tota hæc res æstimatur. *l. 1. l. 13. §. 4. l. pen. ff. d. t. de injur. (f)  
l. 2. §. 2. ff. d. t.**

### III.

Dividitur a. injuria in Realem & verbalem (a) Re-  
alis est, quæ factò sive re committitur. (b) Verba-  
lis dicitur, quando voces contumeliosæ in aliquem  
pronunciantur.

(a) Fit n. injuria aut re, aut verbis. *l. 1. §. 1. ff. de injur.*  
Quamquam a. sint, qui divisionem hanc tanquam imperfe-  
ctam impugnent, & communiter in quàm plurima injuria-  
rum genera eam distingvant; Nos tamè hisce non obstantibus  
lubentiùs hanc divisionem cum Herm Vult. lib. 1. Jur. Rom. c. 44.  
retinemus, præsertim cum omnis injuria aut re aut verbis  
fiat; Etenim si à factis vel dictis abest, omnis injuria cesat,  
quæ opinio etiam Amplissimo Excellentissimo atq; Consul-  
tissimo Domino Præsidi &c. Patrono, Promotori, & Præ-  
ceptorum meo omni reverentiæ cultu prosequendo, in Ex-  
plic.



plie. Aut. habita Cod. ne fil. pro pat. aridet. (b) id quod  
varijs & ferè infinitis modis accidere potest. *Carpz. prax.*  
*Crim. q. 99. n. 2.* Aut n. in corpus aut extra corpus l. 2. ff. d. t.  
in CORPUS, cum quis pulsatur, verberatur aut cæditur. §. 1.  
*Inst. d. t. l. 5. pr. ff. eod. item, cum quis fimo corrupto ali-*  
*quem perfuderit, vel creno & lutu conspuearit, l. 1. §. 1. ff.*  
*de extra ord. crim. l. 15. §. 27. ff. de injur.* EXTRA CORPUS  
fit, cum citra contumeliolam corporis tractationem, facto  
quis despicitur, ut si quis in contemptum alicujus vestem  
portet lugubrem aut squalidam, barbam dimittat, oculos di-  
storqueat. linguam exerat, vel aliàs faciem deformet, l. 15.  
§. 27. ff. d. t. Si quis gestibus & manibus levatis minetur ver-  
bera. d. l. 15. §. 1. Si quis alicui medium unguem vel digitum  
ostendat, vel sicus faciat (quod nos vulgò ein *Wüsch ste-*  
*chen / die Fetzen weisen /* vocamus) *Tesaur. Dec. 229.*  
Quamquam injuria, quæ gestu illata est, pro qualitate facti  
vel inter verbales vel reales referatur. *Berlich. d. Concl. n. 2.*  
Porro si quis bona alicujus iniquè & nullo jure arrepto con-  
stringat l. 15. §. 31. ff. d. t. Si inferior ædium dominus vicini  
superioris fumigandi causâ fumum faciat, vel superior in  
inferiores ædes quippiam projiciat vel infundat. l. pen. ff. d. t.  
Si quis alicujus scamnum vel scabellum in Ecclesia vel alio lo-  
co, de loco digniore tollat, & in locum inferiorem ponat: Si  
fidejussor locuples satis dandi causa oblatus, repudietur l. 5.  
§. 1. ff. qui satisd. cog. Si quis alterius literas signet, resignet  
vel celet. *Wesensb. in Par. ff. de injur.* Non tamen injuriarum  
tenetur, qui à debitore locuplete fidejussorem postulat, quia  
non injuriandi animo, sed quo magis cautum sit, hoc fecis-  
se credendus est, arg. pr. *Inst. de fidejuss. Harpr. ad §. 1. n. 26. &*  
*seqq.* uti nec Magistratus qui injustè aliquem in carcerem con-  
jecit: juris n. executio non habet injuriam, l. 13. §. 1. & l. 33.  
ff. de injur. nisi constet, eum animo injuriandi id fecisse,  
l. 32. d. t. *Facb. q. Contr. 57.* Sed quæritur: An etiam omit-  
tendo injuria fieri possit? id quod affirmatur arg. l. 2. ad L.  
*Pomp. de Parric. Clar. l. 5. Sent. §. injuria. 1. circa fin. Excell.*  
*Dn. D. Lud. Wel. in Coll. Inst. Disp. 15. th. 5. lit. E.* (c) ut si quis  
alterum

alterum homicidam, latronem, cornutum, infamem vocaverit, vel aliud aliquod verbum, quo ejus opinio vel aestimatio diminuat, objecerit; puta si quis aliquem appellat claudum, gibbosum, luscum, mutum, ebrium, pauperem, vel mendicum. Nam quotiescunque quid dicitur, quod alterius pudorem vel famam luggulat, & ledit, opinionemque apud bonos viros gravat, oritur injuriarum actio. *l. 15. §. 27. d. t. Si itaque animo & libidine injuriandi pravaque intentione alteri sua exprobarit delicta animi & corporis, vitia & defectus objecerit, etiam si verum dixerit, ab injuriarum crimine non excusatur. Job. Copp. Obs. 79. n. 9. in fin.* Sic extra omnem dubitationis aleam positum est, quod & ille injuriarum actioni subjugari queat, qui aliquem bonum virum (subintelligens cornutum) vocat, aut qui alicui dicit; tu es vir honestus sc. vel tu es bona mulier du bist eine feine Frau &c. vel si quis de absente quopiam per ironiam dicat: Ille est eruditus Advocatus, peritus Medicus, eximius Philosophus. Et si enim verba illa secundum propriam significationem nihil injuriosum aut contumeliosum, sed commendationem potius & laudem in se contineant, & clarissimi juris sit, quod in omnibus dictis et pronunciatis à verborum proprietate recedere non debeamus *l. 69. pr. ff. de legat. 3. l. 7. §. 2. ff. de sup. leg. cum tamen constet, verba hic contra naturam suam in partem deteriore usurpata, atque adeo non ad laudem absentis, sed vituperium & contumeliam ejusdem effusa fuisse, non immerito injuriarum actione coercetur is, qui per ironiam talia verba protulit. Prosp. Farinac. lib. 3. prax. Crim. tit. 12. q. 105. In sp. 3. n. 103. Berlich. part. 5. Concl. pract. 59. n. 32.* Parili ratione & is conveniri potest, qui alicui dicit: tumentiris, tum quia foeditissimum censetur mendacii crimen *Actor. 5. v. 5.* tum quia mendacium arguit dolus ejus, à quo profertur. *can. is autem 22. q. 32. l. 9. ff. de dol. mal.* etiam si protestatio honoris, puta salva venia; aut salvo honore tuo, praemissa fuerit, protestatio enim actui contraria nil operatur. *l. 21. ff. de acqr. her.* Et protestatio illud tantum jus conservat quod habet, nihil autem de novo confert. *l. 4. §. 1. ff. quibus mod. pign. vel hyp.* At  
verba

verba injuriosa inferendo jus illud habet, ut conveniri possit.  
Ergo protestatio hoc ei non dabit, ut agentem injuriarum  
excludere queat *l. 5. Cod. de injur. Gail. 2. Obs. 101. n. 2. Arum.*  
*Disp. Pand. 24. tb. 15. Schneid. W. ad §. 1. Inst. de injur. Tr. d. Disp.*  
*30. tb. 5. lit. G. ibiq. Bachov.* Secus tamen est, si quis laces-  
sus injurijs, eas retorqueat vel similiter dicat: tu mentiris,  
Idquod probari videtur non tantum *per l. 25. §. 1. ff. de proc.*  
*l. 14. §. 6. ff. de bon. lib. ex quibus colligitur, licere pudorem*  
*suum purgare, & crimen sibi obiectum retorquere; sed etiam*  
*exemplo injuriæ realis, quia & ipsam repellere omnia jura*  
*permittunt. l. 3. de just. & jur. l. 1. §. 27. de vi & vi arm. dum-*  
*modo tamen in continenti, nec ulciscendi, sed defendendi*  
*animo fiat. Fach. 9. contr. c. 12. Gail. 2. Obs. 100. Excell. Dn. D.*  
*Iud. Wel. in Not. ad Par. Wesenb. ad tit. de injur. & fam. lib.*  
Non tamen quibus libet verbis injuriam verbalem repellere  
fas est, sed illis tantum, quæ tendunt non ad vindictam, sed  
ad excludendum crimen vel injuriam illatam; ideoq; eum  
qui vocavit aliquem furem vel latronem, non permittitur vo-  
care homicidam, adulterum, aut rursus furem vel latro-  
nem, quia hoc tendit ad vindictam, & ut ipse tibi, ita tu vi-  
cissim illi injuriarum teneris. *can. neganda 3. q. 11. & l. 19. C.*  
*qui acc. non poss. l. 5. de publ. jud. cap. veniens 16. de jurej.* Licite  
tamen dicimus: tu mentiris ut fur, vel ut latro &c. cum ista  
verba ad unum eundemq; finem tendant: Jam autem secū-  
dum receptam & veram Dd. sententiam ex illis verbis, quæ  
ad unum eundemq; finem tendunt, diversæ injuriæ non ori-  
untur. Ratio autem differentiæ, cur objicienti crimen non  
possim aliud crimen objicere, & tamen licite respondere va-  
leam: tu mentiris sicut fur vel latro, hæc dari potest, quia il-  
lo casu conviciatori crimen furti vel latrocinij assertivè ob-  
jicitur; hoc verò casu crimen furti s. latrocinij ei non tribui-  
tur s. impingitur sed exaggerandi duntaxat mendacij causa  
verba illa (*tanquam fur vel latro*) adjecta censentur. *Mynsng.*  
*5. Obs. 17. n. 3. & 4. Harpr. ad d. §. 1. n. 81. 87. & 96.* Nec in-  
terest, licet quis verbis injuriosis veritatem dixerit, alterivè  
verum crimen, quod probare possit, objecerit, quia in actio-  
ne injuriarum non tam veritas convicij quàm libido & vo-

B

luntas



luntas injuriandi consideratur. l. 3. Cod. de off. Recl. prov. l. 6. Cod. de postul. nec debet aliquis alterius infamiam sine causa deregere, quia defectus nostros detegi inhumanum & injuriosum est, l. 2. Cod. quand. & a quib. quare. pars. & c. lib. 10. nisi crimen obiectum tale sit, quod scire Reipubl. interest, l. 33. ff. de injur. l. 18. eod. e.g. si alicui verè obijciatur latrocinium, lepra, vel defectus natalium, quod sit spurium, interest certè Reipubl. infamiam istam manifestari, tum ut delicta puniantur. l. 51. §. 2. ff. ad L. Aquil. tum ut ab hominum consortio contagiosus removeatur. c. hoc ipsum 33. q. 2. & c. 1. de cons. lepr. tum ut incapax & infamis ad dignitates non admittatur. l. 1. C. de infant. expos. lib. & c. Et secundum hanc distinctionem in Camera sapius judicatum fuisse refert Guil. 2. obs. 99. in fin. Mynsing. Cont. 4. obs. 4. adde Bronch. Cent. 4. in v. 1. asf. 77. Sed si inter est Reipubl. ita demum excusationem præbet, si obijciatur legitime, h. e. si ad Magistratum deferatur, atq; ea in re ita agatur, ut nullam de se præbeat significationem obijciens aut deferens, quod animo injuriandi & prava intentione id faciat; sed solo animo publici commodi promovendi. Tum enim si convicium probaverit, laudem habebit; si non probaverit, vituperium. Cæterum si convitium etiam quod scire Reipubl. interest, ab aliquo dicatur vel in loco, ubi obiectio ejus non est necessaria, vel in negotio, quod illud omninò non concernat, & ad quod obiectio illa nihil momenti conferat, dicens convicium non excusatur sed injuriarum actione tenetur, ita ut nec veritas convicii, nec Reipubl. utilitas ipsi trocineretur, etsi enim bonum sit & Reipubl. utile, nocentium crimina nota esse, attamen pravus relevantis animus rem efficit iniquam. c. cum Magister. c. Relegantes 23. q. 5. & crimen contrahitur, si voluntas nocendi intercedat. l. 1. C. ad L. Corn. de Sicar. Vult. in Com. ad §. 1. Inst. d. t. n. 3. Tr. d. Disp. 30. t. 5. lit. G. ibiq; Bachov. Jacob Schultze Syn. jur. vol. 2. Not. 39. Arum. Disp. 7. 24. §. 15. Quid autem si quis in judicio contra testes excipiat, quod sint falsarii, improbi, criminosi, & non probet, num injuriarum actione conveniri poterit? Et quamquam Facin. lib. 9. Contr. jur. c. 13. in negantium castra conscendere non dubitet, atq; ita bis in Collegio in clyto Facultatis

ratis Juridicæ almæ Universitatis Ingolstadiensis pronuncia-  
tum fuisse. a se veret: rationes tamen ejus tanti non videntur,  
ut calculum nostrum ipsi adjicere possimus. Media proin-  
de incedendum via putamus, ut siquidem accusatus capitis  
aut famæ, crimina ejusmodi testibus obijciat non teneatur,  
quia ignoscendum ei, qui sanguinem suum qualitercunque; re-  
demptum voluerit. l. i. ff. de bon. eor. qui mori. & in criminibus,  
quæ pœnam mortis continent, adversarium corrumpere li-  
ceat. l. 18. C. de transact.; si verò pecuniaria tantum sit causa, omni-  
no teneatur; qui enim excipiendo calumniam obijcit, ca-  
lumniæ notam non effugit. l. i. C. de Advoc. div. jud. & arg. l. i.  
ff. qui satisd. cog. Excellentissimus Dn. D. Ludw. d. D. sp. 15. eb.  
6. lit. G. & in Not. ad Wesf. d. r. Jacob. Schultz. d. Notab. 39.  
Gail. 2. Obj. 101. n. 6. Sic quoque criminis aliquem accusans  
nec probans, injuriarum accusationem minimè effugit, si  
affirmet & doceat, à viris etiam fide dignissimis aut commu-  
ni fama percepisse, quod accusatus crimen istud designave-  
rit; Etenim non facile calumniis fides habenda, utpote quan-  
to per plura hominum ora volitat calumnia, tanto pluribus  
etiam mendaciis augetur, aggravatur & accumulatur, juxta  
vulgatum & tritum illud:

*Semper & auditis aliquid novus adjicit author.*

Ad accusationem quippe alterius prosilire nemo debet, nisi  
crimen intentatum & objectum legitimè probare possit l. 4.  
C. de Edend. & l. fin. C. de probat. quod si non facit, dolus &  
animus injuriandi præsumitur. d. l. i. C. de Advoc. div. jud.  
Hoc enim calu **Wehrmann haben hilfft nicht** / authorem  
indicare nihil prodest, uti refert Schneidw. ad §. 1. Inst. de in-  
jur. n. 5. Eberb. Speckhan. Cent. 2. q. 7. class. 3.

#### IV.

Sub verbali autem injuria comprehenditur ea, quæ  
in scriptis (a) fit, puta famoso libello, (b) vel alia  
quadam scriptura (c)

(a) Injuriam enim scripto seu literis illatam non realem  
B 2 sed

sed verbalem esse, constat non tantum ex l. 16. pr. ff. de pœn. ubi scripta injuria disertè opponitur delicto, quod re s. facto quodam committitur, l. 15. §. 4. ff. de injur. & cap. ubi periculum de sent. excomm. in 6to. Sed etiam certissimum est & Grammaticis non ignotum, quod verba vel dicantur vel scribantur. Fach. lib. 9. Contr. jur. c. 9. Prosp. Farin. lib. 3. prax. Crim. q. 105. insp. 1. n. 4. Gâsl. 2. Obs. 104. Harpr. ad §. 1. Inst. d. t. n. 51. (b) famosi libelli appellatione continetur quoq; famosa & abscœna pictura, puta cum quis ad infamiam alicujus membra virilia in ejus janua vel porta pingit, aut qui honestam mulierem sibi consentire nolentem cum certo vituperio depingit, & picturam in locis publicis affigit, cum eadem sit conditio & pœna famosæ picturæ, quæ libelli famosi l. 5. l. pen. ff. d. l. de injur. Jul. Clar. lib. 5. Sent. §. ult. quest. 68. n. 25. vers. quin imò dicit. Berlich. part. 5. Concl. 67. n. 51. Item si quis sculptile aut fusorium opus, in alicujus infamiam fecerit, aut ab alio factum injuriosè protulerit, quin similis sit ei, qui famoso libello aliquem traduxit, non dubitatur, ut indicat Rec. Imper. August. de Anno 1548. tit. von Schmachschrifften gemahlt vnd gemöcht. §. Setzen ordnen vnd wollen wir. vers. Desgleichen auch / *libi*, gemahlet / geschneidet / gegossen oder gemacht. Harpr. d. l. n. 152. (c) puta si quis luscus, spurius, claudus aliove contumelioso nomine ludibrii causa in scripta cantilena, rythmo, comœdia appellatur & traducitur l. 9. l. 10. ff. d. t. Bocer. class. 3. Disp. 4. th. 36. Differt tamen injuria scripta à famoso libello, quod libellus famosus propriè sit, quâdo in eo objiciatur alicui crimen aliquod, quod per se famosum sit; injuria verò scripta, quando tale objiciatur crimen, quod quidem non infamet diffamatum; interim tamen ad contumeliam ipsius tendat, & differentiam hanc ut solidam Nobilissimum & Consulissimum Dn. D. Kraus, 7ctum famigeratissimum, & Aule Kinariensis Consiliarium Saxonie gravissimum &c. Dn. Patronum & Præceptorem omni honoris & reverentia cultu atatem prosequendum, in collegio suo Wesenbec, Lector. tradidisse, in recenti adhuc residet memoria.

De-

Describitur (a.) itaq; famosus libellus (b.) scriptum quoquo modo, ad infamiam alicujus, ejus quod probare non vult, verbis intelligibilibus expressum.

(a.) arg. l. un. Cod. de fam. lib. l. 37 §. 1. l. 5. §. 9. & seqq. l. 16. §. 2. & 9. ff. de injur. Boc. d. D. 4. 1b. 35. Wesenb. in par. ff. de r. n. 10. (b.) Germanis dicitur eine **Schmach Schrifte** / **Wasquill** / eod quod Romæ ad truncum Pasquini cujusdam statuam ejusmodi famosa charta affigi soleret. Hillig. ad Donnell. 15. Comm. 24. lit. D. Ipsum vero libelli nomen inde videtur acceptum, quod noster libelli accusationis contineat crimen aliquod magnum & accusatione dignum, & aliquem sine judice & iudicio publicè quasi accuset, arg. l. un. Cod. de fam. lib. (c.) quia is qui componit libellum famosum, non vult probare sed infamiã irrogare; alias enim nõ composisset. Nam si probaret, tum non in famosi libelli constitutionem incideret l. un. Cod. d. r. sed extraordinaria, adeoq; mitiori poena puniri deberet Fachin. 9. Contr. jur. c. 11. Ad mitigationem enim poenæ veritas criminis obiecti probata conducit. Constit. Elector. Aug. 44. §. reden vnd setzen auch / ne prorsus delicti manifestatio, ex qua Reipubl. commodum resultat, destituatur effectu. Et ita in Scabin. Lips. Mens. Dec. Anno 1630. pronunciatum fuit. Hat **Waltin Wüller** in einen außgesprengten **Wasquill** Euch unterschiedener Begünstigungen beschuldiget / wenn Er nun gleich dieselbe oder derer eines Theils erweisen vnd beybringen möchte / so hat Er sich doch damit nicht zubeheiffen; Er wird aber gleichwol mit einer leidlichen Straffe gestalteten Sachen nach billich beleyet von R. W. Carpz. part. 4. Const. 44. Def. 8. Sed latissimus hic campus dicendi! Nobis, cum brevitati studeamus, pœnam famosi libelli investigare, præcipuosq; casus, in quibus ea locum habeat, subi-

ere, quo item tempore actio hæc præscribatur, annectere, hæc vice animus est. Pœna autem jure Civili famosorum libellorum est capitalis. *l. un. Cod. d. fam. libell.* quam pœnam capitalem, etsi nonnulli non de ultimo supplicio, sed de alia mitiori pœna, puta exilii vel deportationis vel alia accipiendam esse statuunt. *Harpr. ad, d. S. 1. n. 160. & seqq. Mynsog. Resp. 39. n. 49. dec. 6.* Contrarium tamen ut veritati magis contentaneum complectantur *Farinac. in Pract. crim. part. 3. q. 105. n. 423 Berl. part. 5. Concl. pract. 67. n. 6. Coler. Decis. 154. n. 1.* dummodò tamen libellus famosus contineat capitalia delicta in alium impropereata, tum enim pœna talionis locum habet, eademq; animadversione coercetur author libelli, quia dignum est illud crimen, quod in libello objicitur; Secus verò est, si libellus non contineat impropereationem alicujus delicti, sed aliam injuriam, tum enim extraordinaria injuriarum pœna ista petulantia vindicatur. *Wesemb. in parat. ff. d. injur n. 19. Dambud. in sua pract. crim. c. 125. n. 2. med. iuncta n. 5. vers. in ijs verò literis & n. 6.* Et licet nonnulli sint, qui de consuetudine pœnam famosi libelli non mortis, sed extraordinariam, carceris vel pecuniariam esse, juxta facti & personarum qualitatem, statuunt, secundum *Clar. in pract. S. fin. q. 68. n. 25.* ubi testatur, se nunquam vidisse pro libello famoso aliquem ultimo supplicio affectum, sed semper fuisse impositam pœnam extraordinariam, ut puta festigationis, ictuum funis, & ad summum pœnam triremium, quandoq; etiam infamis catenæ, quam pœnam proxenæ cuidam, qui tres libros, in quibus de multis etiam in Magistratu constitutis obloqvutus, materna lingua composuerat, dictatum fuisse. Secundum tamen prædictam Gl. & ejus sequacium distinctionem nec in judicando nec in consulendo recedendum esse docet *Dan. Moller. in Com. ad Constit. Sax. part. 4. Const. 44. n. 5. vers. Sed quod die. Berlich. d. l. n. 11.* Quam opinionem quoq; invictissimus Imperator Carol. V. Constit. Crim. 100. amplexus est: *Welcher jemand durch Schmachschrifft zu latein libellus famosus genandt / die er außbreiten / vnd sich nach Ordnung der rechte mit seinen*

nen



nen rechten Tuff vnd Zunamen nicht vnterschreibet /  
vnrechtlicher vnschuldiger Weise Laster vnd Vbel zu  
mist / wo die mit Warheit erfunden werden / daß die  
Schmach an seinen Leibe / Leben oder Ehren peinlich /  
gestrafft werden möchte / derselbe böshaffte Lasterer  
soll nach Erfindung solcher Vbelthat als die Rechte sa-  
gen / mit der Peen / in welche Er den vnschuldig geschmä-  
ten durch seine böse vnwarhafftige Lasterschriefft hat  
bringen wollen / gestrafft werden. Jure vero Canoni-  
ca poena famosorum libellorum est fustigatio cap. qui in al-  
terius. i. ca. 5. q. 1. interdum excommunicatio; & depositio. cap.  
quidam maligni 2. ca. 5. q. 1. ponens autem libellos famosos in Ec-  
clesia anathematizatur. c. si quis 3. d. ca. 6. q. De jure deniq;  
Saxonico quin secundum prædictam Gl. distinctionem pro-  
nunciari solet, nullum est dubium. Confirmata siquidem  
& approbata hæc est sententia in Novell. Elect. Aug. Sax.  
d. const. 44. S. bey diesen allgemeinen Rechten ut & Consti-  
tutionibus Imperialibus quam plurimis. R. J. Norib. de Anno 1524.  
S. als auch viel gedacht / ver! das eine jede Obrigkeit R.  
J. Spiren. d. Anno 1570. S. Wiewol auch auff etlichen vor-  
rigen R. N. Francof. Anno 1577. tit. Von Buchdruc-  
ckern / Schmeheschriefften 35. Et ita quoq; in Scabinatu  
Lips. Mens. Aug. 1617. pronunciatum fuit: So nun der  
gefangene vor öffentlich gehegten peinlichen Halsge-  
richte vff seinen gethanen Bekantniß frey willig ver-  
harren / oder daß sonsten wie recht oberwiesen würde /  
so möchte Er wegen seiner begangenen vnd bekandten  
Mißhandlung / daß er nemlich obgedachten Vhede-  
Brieff / so auch vor ein Pasquill vnd Famo: Schriefft  
zugleich zuachten / darinn er drey Personen ewers Mit-  
tels auß den Rath ganz vbel vnd gefährlichen ange-  
lassen / vnd denenselben hochsträffliche Thaten zuge-  
messen / als wenn sie derrer vberführet werden könnten /  
sie

Die Vermöge der Rechte schwere Todesstraffen verwür-  
cket hätten / vorsehiglichen schreiben lassen / vnd solches  
selber angeschlagen / vermög Kayfers Carols des V.  
vnd des H. Römischen Reichs peinlichen Berichtsord-  
nung / auch Inhalts Churfürstl. Sächs. Constitu-  
tion mit dem Schwerd vom Leben zum Tode gestraffet  
vnd hingerichtet / vnd der Körper folgendes andern der-  
gleichen Mißhandlern zum Exempel vnd Abschew / da-  
mit sie von dergleichen Fehde vnd Paßquillschreiben  
geschreckt vnd abgehalten / vff ein Rath geleyet vnd ge-  
flochten werden / von R. W. Carpz. part. 4. Const. 44. def. 1. n. 13.  
Plura præjudicia recenset Berlich. d. l. n. 19. & seqq. Et quan-  
quam Mach. Coler. Dec. 154. asseveret, quod divulgatores fa-  
mosorum librorum & cantilenarum de iure Saxoniz tan-  
tum fastigentur cum relegatione, idq; præiudicio quodã  
confirmet, Putamus tamen assertionem hanc eatenus veram  
esse si crimen obiectum non sit capitale, nec pœnam  
mortis mereatur, valde enim iniquum & absurdum foret, si  
quis indifferenter propter leve etiam delictum in libello ob-  
iectum capite puniretur, cum pœna non debeat esse gravior  
sua causa l. 22. Cod. de pœn. Carpz d. l. Locum autem habet pœ-  
na famosi libelli I. siue quis nomen suum occultet, siue expri-  
mat l. 5. §. 9. ff. de injur. Tr. d. D. 39. th. 5. l. 1. Harpr. ad d. §. n.  
154. II. non tantum in mandante & consulente l. 5. §. 9.  
vers. dolove malo fecerit ff. d. c. sed etiam dictante, Scribente vel  
exemplante l. 5. §. 9. Clar. lib. 5. sent. §. ult. q. 68. n. 64. III. cum  
quis libellum famosum non composuit, nec eum ipse publi-  
cavit, nec etiam publicandum curavit, sed casu fuit ab aliquo  
inventus & publicatus. IV. qui emendum vel vendendum  
procuravit; plures casus atq; limitationes vide apud Farin. d.  
q. 105. Berlich. d. l. Jacob. Schultz d. Not. 39. aliosq; Dd. Præter  
pœnam autem supra relatam, restat & alia, quod videlicet  
famosi libelli damnatus infamis & intestabilis fiat, l. 21. §. 1.  
ff. de testib. l. 18. §. ult. l. 26. ff. qui test. fac. poss. l. 5. §. 9. ff. de in-  
jur. Sed quæstio hic quotidiana quidem, verum difficilis &  
dubita-

dubitationis plena moveri poterit: utrum famoso libello  
diffamatus honoris sui & existimationis aliquam faciat ja-  
turam? Et quanquam vulgi opinione receptum sit, eum qui  
per famosum libellum aut convicium ab aliquo est affectus,  
infamia laborare, donec contra injuriantem injuriarum acti-  
one conventum victricem sententiam obtinuerit; vanam ta-  
mē & erroneam hanc opinionem esse constat, quod neq; infam-  
ia juris neq; infamia facti notetur, prout id ipsum deducit  
& probat *Harpr. ad d. §. 1. n. 218. & seqq.* Hoc enim casu non  
proprie agitur ad restituendum honorem, sed tantum ad in-  
tegrè illum conservandum, Unde prudentes Advocati in li-  
bello formando sibi cavere solent, ne ponant actoris hono-  
rem esse conviciis conspurcatum & læsum, *Der habe Klä-  
gern an seinen Ehren geschmebet / sed quod reus conatus  
sit honorem & existimationem virulenta sua lingua &  
conviciis proscindere, violare & pessundare, Der hat sich  
unterstanden / so viel an ihn gewest / Klägern an seinen  
Ehren zuschmeben: id quod pralaudatum Dn. D. Kraus. in d.  
Colleg. suo Wes. Lect. & Colleg. Pract. latius diduxisse, non im-  
memor sum. Adde Coppen. Obs. 83. n. 10.* Superest, ut paucis  
etiam videamus, quo tempore actio hæc libelli famosi, &  
simul injuriæ scriptæ tam de jure Civili quam Saxonico præ-  
scribatur. Et quod injuriam scriptam attinet, perpetuam  
eam esse, & non nisi triginta annis præscribi putat *Vule. ad  
§. 7 Inst. de injur. n. 8. Wesenb. in Par. ff. d. t. n. 13. & Gail. l. 2.  
Obs. 104. n. 3. & seqq.* cum scriptura sit perpetua semperq;  
loquatur, actumq; habeat permanentem *l. 5. Cod. de heret. &  
Manich. l. 9. §. 2. ff. de edend. Et ita in Camera Imperiali 25. Sept.  
Anno 1567. in causa Pauli Webesers contra Georgium Dran-  
gel conclusum fuisse testatur; Hisce tamen non obstantibus  
contrariam sententiam ut veriolem sequimur, tum quod in-  
juria scripta in omnibus & per omnia dicatur verbalis, quam  
anno finiri notum est, *l. 5. Cod. de injur.* tum quod injuriæ  
non à facto, quod scilicet scriptura perpetua duret, sed ab a-  
nimo injuriandi pendantur, qui post annum cessare intelli-  
gitur *d. l. 5. Cod. de inj. Harpr. ad §. 12. Inst. d. t. Fachin. lib. 9.**

C

Contr.



*Contr. jur. c. 9. Berlich. concl. 69. n. 51.* Quæ sententia etiam in foro Saxonico ob eandem rationem, quod injuriæ verbales & scriptæ æquiparentur, locum obtinet, eamq; confirmavit August. Elect. Saxon. in suis Nov. part. 4. Cont. 46. §. 11. **Über die andern Schriftlichen injurien.** *Et ita quoq; in Scab. Lips. Mens. April. Anno 1623. pronunciatum fuit.* Ob euch wol N. N. in einem Schreiben / so er an den Rath gethan mit injurien zimlichem angelassen / do aber dennoch allberett solches vor einen Jahr geschehen vnd ihr inmittels darzu still geschwiegen hättet / dafür sich es auß ewer Frage ansehelasset / so weren solche injurien nunmehr durch Verjährung vffgehoben / vnd ihr dannenhero wider ihn zu klagen nicht befugt / *D. R. W. Carpz. d. Const. de f. 1. n. ult.* Actionē autē famosi libelli tam de jure civili quàm Saxonico perpetuam esse probabilius videtur. Ratio diversitatis est, quia pro injuriis scriptis actio à jure prætorio datur *l. 15. §. 27. §. 19. de injur.* ideoq; mirum non est, quod illæ a nõ præscribatur, omnes siquidē actiones Prætoris a nõ finiuntur, *pr. Inst. de per. §. temp. act.* Secus autem est in famosis libellis, qui non ex jure Prætorio, sed ex constitutione Cæsarea in *l. un. C. de fam. lib.* vindicantur & puniuntur; Actio autem ex constitutione alicujus Principis proveniens civilis est, & perpetuò durat. *pr. Inst. de perp. §. temp. act.* Quam opinionem etiam approbavit & confirmavit d. Elect. Sax. Aug. *Const. 49. §. 11.* **Deßgleichen ist es auch.** Quæ conclusio quoq; procedit, etiam si in libello famoso non ejusmodi delictum, quod est capitale & pœnam mortis meretur, sit expressum; tum propter generalitatem Constitutionis Cæsareæ & Electoralis, tum quod ubiq; eadem videtur militare ratio.

VI.

Omnis porrò injuria vel Atrox vel levis est. (a) Atrox æstimatur vel persona (b) vel tempore (c) vel facto (d) vel loco (e) Levis est, quæ non est atrox (f)

(a) §. 20



(a) §. 9. *Inst. de injur. l. 7. §. 7. & 8. ff. eod. ibiq. Schneidw. Vult. Gpban. & alii.* (b) ut si parenti patronove à liberis & libertis; Magistratui a persona humili injuria inferatur. *d. §. 9. Inst. d. r. si Praeceptor à discipulo, liber à servo injuria afficitur.* Nam contumelia ex persona ejus, quae fecit, crescit *l. 17 §. 3. b. s.* item si quispiam malitiosè, calumniosè, & gloriosè jactet, se hujus vel illius virginis claustrum referasse, aut cum hac vel illa muliere concubuisse. *Speckban. Cent. 2. class. 3. q. 9* cujus diffamationis tamen poenam non ultimum supplicium, sed pro arbitrio judicis talem inanem jactatorem & gloria- torem puniendum esse, tradit *Berlich. Concl. 68. pr. & in Con- stitut. Aug. Elect. 45* habentur haec verba: *Daß ein solcher Ver- brecher neben Widerruff / so er dem Warth thun soll / mit willkührlicher Straff / als Gefängniß / zeitlicher vnd ewiger Landesverweisung / sambt staupenschlagen nach Belegenheit der umstände / belegt vnd gestrafft werden soll.* (c) ut si interdum, conspiciente populo, vel die festo injuria alicui imponatur. *l. 7. §. ult. d. r.* (d) ut si quis ab alio vulneratus, fustibus caesus, vel vulneris magnitudo sit insignior. *d. §. & d. l. 7. §. fin.* unde ex sententia Interpretum ex facto injuria atrox censetur, quando alter alteri incendit barbam vel impingit alapam. *Farin. q. 101. n. 118. 207. 210. Copp. Obs. 80. n. 3.* (e) vel in loco corporis, ut si quis violetur in oculo; vel extra locum corporis, ut si quis in loco publico vel theatro, vel in foro, in conspectu Praetoris *d. §. 9. Inst. & l. 8. l. seq. §. 1. ff. eod.* vel in Ecclesia, vel templo, vel in convivio, multis astantibus, audientibus, & videntibus, *Farin. d. l. & Copp. d. l.* (f) arg. pr. *Inst. de his qui sui vel al. jur. & pr. Inst. de int. §. 3. de Oblig. qua ex del.* contrariorum enim eadem est ratio & scientia.

## VII.

Efficiens autem injuriæ causa proxima consistit tam in affectu facientis (a) quam patientis (b)

(a) Affectus facientis est dolus malumq; animi propo- situm contumeliam inferre volentis, sive, sunt homines

D 2

mentis

mentis compotes, doli capaces, & contumeliæ animo quid  
facientes. *l. 3. §. 1. de injur. l. 5. Cod. eod. l. 39. de furt. l. 6. de R. V.*  
Nam hæc duo conjunctim requiruntur in injuria, dolus &  
animus injuriandi, quorum unum si abest, injuria dici ne-  
quit *l. 3. §. 1. d. t. de injur.* Quare animalia reliqua quoni-  
am affectu injuriæ faciendæ carent, contumeliam inferre  
non videntur, *l. 1. ff. si quadr. paup. sec. dic. Wesenb. in Par. ff.*  
*d. t. n. 4.* Eadem ratione impuberes, mente capti, & furiosi  
cum doli capaces non sint, nec injuriam facere censentur.  
*l. 3. §. 1. ff. d. t. nec dormiens, quia furioso æqui paratur. c. item.*  
*queritur d. baptism. quod etiam de prodigo asserit Trent.*  
*d. D. 30. th. 6. lit. A. sed contra jus nostrum: Comparatur e-*  
*nim prodigus furioso l. 49. de R. J. quoad bona tantum, in qu-*  
*bus, quia furiosum facit exitum, pro furioso habetur. l. 12. §.*  
*fin. de tut. & curat. dat. abbas. & c. At quid de Ebrio dicendum?*  
Et in levioribus, si pœnitentia accedat, eum excusari, in  
gravioribus verò mitius puniri, tradit *Wesenb. d. t. n. 4.* Nos  
ulterius distinguimus inter ebrietatem & ebriositatem; ita  
ut si quis præter intentionem suam inebriatus fuerit, ad eò ut  
nec pes nec manus officium suum faciat, is omninò à pœna  
excusandus sit, cū animū injuriandi, sine quo nulla sit injuria,  
*l. 5. d. t. habuisse dici non possit, propterea quod ejusmodi*  
*homo ob perturbationem nec rationis nec judicii compos*  
*sit. can. 2. can. 9. c. 16. q. 1. ebrietas enim mentis exilium indu-*  
*cit. can. à crapula. de vi. & hon. Cler. c. sane. c. in ebriavit. 15.*  
*q. 1. ca. venter Dist. 35. idq; non in levioribus tantum sed etiam*  
*gravioribus injuriis procedere putamus, quia ubiq; eadem*  
*est ratio. Nec quicquam negotii faceffit, quod verbera &*  
*vulnera per pœnitentiam non tollantur. Concedimus enim,*  
*læsionem super esse, non autem injuriam, quam sine dolo*  
*& animo injuriandi committi non posse diximus, si tamen*  
*culpa ejus arguatur, ad damnum ex L. Aquilia resarciendum*  
*eum obligatum esse non negamus. Quod si levior fuerit a-*  
*liqua ebrietas, ut rationis usus adhuc superesse possit, o-*  
*mninò & doli & injuriæ eum capacem esse dicendum est.*  
*Excell. D. Ludw. in Not. ad. d. t. Gail. 2. Obs. no. n. 24. & seqq.*  
*Gerh. Dec. 17. q. 7. Ambigi etiam solet de irato, an & is injuria-*  
rum

rum conveniri possit, si in supremo iracundiae calore confitutus injuriosa verba in alterius contumeliam temerè evomat? Et eximi eum ab ordinaria injuriarum poena verisimilius est, si modò postea sedato animo confestim poeniteat atq; revocet, Insanitus enim omnes, inquit ille, cum irascimur *Wesemb. d. t. Philipp. Matt. ad l. 48. ff. de R. J. & Dd. communiter.* Sic quoq; injuriarum non tenetur Medicus, qui de constitutione alienjus consultus, ex errore dixit, illum esse lepra vel morbo gallico confectum, uti nec Astrologus, qui ex astris, vel chiromanticus, qui ex lineamentis manuum, vel physiognomus, qui ex figura corporis vultusve consultus respondit, quempiam furem esse, vel adulterum alioq; crimine commaculatum, qui non erat; nec is, qui aliquem in singulari numero appellavit (*barbarè tuislavit, Dd. geheissen /*) *Berlich. d. Concl. n. 67. 68. 76. Harpr. ad §. 12. Inst. de inj. n. 51. 54. & seqq.* Sed num. sacerdos s. concionator si pro concione verbis injuriosis aliquem notaverit & offenderit, injuriarum conveniri poterit? altioris indaginis & longi subsellii res est, & ex circumstantiis dignoscendum. Ceterù dolosò injuriandi affectu consideratur non solù in eo, qui re ipsa injuriam fecit, sed etiam qui pertulit, jussit, mandavit, curavit, ut injuria fieret, §. 11. *Inst. d. t. l. 11. pr. & §. 3. l. 15. §. 8. ff. d. t. quia quod quis per alium facit, id ipse fecisse videtur, l. 182. §. 1. de R. J. can. qui fecit. 72. de R. J. in sexto & aliàs generaliter in delictis mandator & mandatarius, qui exequitur delictum, pari poena tenentur. l. 1. §. 12. l. 3. §. 10. ff. de vi & vi arm. l. 7. in fin. de jurid. Gypb. lib. 4. Disp. 35. 16. 10 ibiq; Olemam. n. 15.* Atq; hoc quidem extra omnem dubitationis aleam, si constet, mandatarium per se & absq; mandato injuriam facturum non fuisse; sed an mandator similiter teneatur, quando mandatarius injuriam sua sponte nullo etiam præcedente vel interveniente mandato, nihilominus facturum s. executurus fuisset, anceps inter Dd. vertitur controversia? Nos mandantem leviori poena hoc casu arbitrio judicis esse afficiendum censemus, tum per *d. l. 11. §. 3. & §. 6. ff. de injur.* ex quibus § §. apparet, tum demum adversus manda-

mandatorem institui posse actionem injuriarum, si manda-  
to ejus injuria alicui facta sit, & alias mandatarius injuriam  
in ferre noluerit. Nam si mandatarius ultrò nullo etiam  
mandato, aut persuasione intercedente, injuriam illaturus  
fuisset, dici non potest hoc casu, injuriam mandato vel per-  
suatione alterius factam esse. *Harpr. ad d. §. 11. Inst. d. t.*  
Quam opinionem tanquam veram & æquitati magis conso-  
nam in judicando sequendam esse docet *Farinat. q. 135. n. 134.*  
& *seqq.* Filius tamen & servus, si mandato patris vel Domi-  
ni deliquerint, in levioribus quidem veniam & executionem  
merentur. *l. 11. §. fin. de his qui not. infam.* tum quod ejus cul-  
pa nulla sit, qui parere necesse sit. *l. 69. de R. J.* tum quod vo-  
luisse non credatur, qui obsequitur imperio patris vel Do-  
mini. *l. 4. ff. de R. J. Adde Gail. 1. Obs. 8. n. 4.* In gravioribus  
verò non item *l. 20. de Obl. & Act.* quamvis hoc casu mitius  
puniendi sint, ut apparet ex *l. 8. Cod. ad L. Jul. de vi publ. Clar.*  
*lib. 5. Sent. §. ult. q. 69. n. 16. Matth. Philipp. & Dec. ad d. l. 4.*  
& *l. 157. de R. J.* Præterea cum plures injuriam faciunt, sin-  
guli tenentur; tot enim sunt injuriæ, quot sunt personæ. *l. 34.*  
*ff. d. t. l. 9. ff. de jurisd. omn. jud.* quia in delictis quisq; obliga-  
tur ex suo dolo in solidum, & pluralitas circumstantiarum  
plures facit injurias. *Wesemb. in Par. d. t. n. 5. (c)* Affectus  
patientis injuriam est dolor, qui ex contumelia percipitur ab  
eo in quem est collata, id quod fit, si ad animum eam revo-  
cavit. Nam dolor hic si abest, & injuriam quis dereliquerit,  
etiam si ex parte facientis animus injuriandi adfuerit, tamen  
injuriam locum sibi non vendicabit, licet enim injuria sit, ef-  
fectum tamen non habet, & ita nulla videtur esse injuria.  
*§. fin. Inst. de injur.* In continenti tamen quis injuriam debet  
ad animum revocare, alias ex intervallo nihil facit, sed in-  
juria remissa censetur. *d. §. ult. Inst.* nisi absentis & ignoran-  
ti fuerit illata, tunc sufficit, si à tempore scientiæ ad animum  
revocetur. Nec interest, utrum verbis expressis an tacite per  
signa & iracundiam revocationem ad animum ostenderit.  
*Berlich. consil. 69. n. 17. & seqq.*

Pati-



Patitur quis injuriam vel directè s. mediatè ( a )  
vel indirectè s. immediatè ( b ) id quod fit per per-  
sonas, quæ vel potestati nostræ ( c ) vel affectui ( d ) sub-  
jectæ sunt.

( a ) Cum ipsi sc. patri vel matris familias fit injuria l. 1.  
§. 3. de injur. sive coram absente sive præsentè l. 15. §. 7. ff. d. 8.  
( b ) ubi sc. in alium, quam qui passus est, per consequenti-  
am redundat l. 1. §. 3. d. t. Mynsing. §. 3. Inst. d. t. n. 1. ( c ) Rati-  
one itaq; patriæ potestatis injuriam in filii corpus illatam  
pater patitur; ita ut pater proprio nomine, ( actione sc. Præ-  
toria non civili ex L. Cornelia ) agere possit, nisi pater sit  
absens, vel furiosus, vel vilis & abjectæ conditionis, & fili-  
us honestioris. l. 17. §. 10. & seqq. d. t. dummodò filius iste in  
potestate patris constitutus sit, & injurians sciverit, injuri-  
atum esse filium familias, & in potestate alicujus, licet non  
sciverit, in cujus potestate esset Nam ratione potestatis tan-  
tum hic dolor patri contrahitur. Ex quo consequitur, pro fi-  
lio emancipato injuria affecto patrem injuriarum agere nõ  
posse, sed filium familias. l. 17. §. 14. d. t. neq; pro filio natu-  
rali tantum vel spurio, cum eum non habeat in potestate  
Pr. Inst. de pat. post. An autem pater injuriam filio familias  
factam remittere possit, quæstionis est? Et injuriam, pro qua  
actio datur ex L. Cornelia, patrem remittere non posse in du-  
bitati juris est, cum hæc actio non patri sed filio competat,  
nec consensus requiratur, ut filius agere possit. l. 5. §. 6. &  
seqq. ff. d. t. Injuriam verò, pro qua competit actio Prætoriam,  
patrem, etiam invito filio, remittere posse probari videtur  
per textum notabilem & manifestum in d. l. 17. §. 11. & seqq.  
dummodò filii persona non honestior & augustior sit, quàm  
patris: neq; enim debet pater vilissimus filii sui contumeliam  
ad suam utilitatem metiri. d. l. 17. §. 13. Fachin. lib. 9. Contr.  
jur. c. 42. Jul. Clar. lib. 5. sent. §. fin. q. 58. n. 22. SchneidW. ad  
§. 2. Inst. d. t. n. 8. Nec filius post remissionem à patre injuri-  
arum emancipatus actionem hanc repetere vel resciscitare  
potest.

potest, per d. l. 17. §. 12. Remissa namq; semel injuria ampli-  
us re coli non potest, §. ult. Inst. d. t. l. 11. §. 1. ff. eod. Nec aliàs  
actio extincta reviviscit. l. 98. §. 8. ff. de solut. & factum legi-  
timè retractari non debet, etsi in eum reciderit casum, à quo  
incipere non potuisset. *Can. factum* 73. de R. I. in sexto l. 85. ff.  
de R. J. Harpr. ad d. §. 11. n. 18. & 19. Ratione dominicæ po-  
testatis injuriam patitur per servum Dominus, quia jam Do-  
minus in sua potestate illum tenet. Verùm cum servi alii sint  
proprii, alii communes, alii fructuarii, alii bona fide pos-  
sessi, distinctè hic procedatur, è re fortean erit. Quando  
igitur servo proprio injuria facta fuit, tum non servo, sed  
Domino facta dicitur, quia servile caput nullum jus habet,  
l. 3. §. 1. de cap. min. & Jure Civili mortuis comparatur. l. 59.  
§. ult. ff. de condit. & demonstr. prout s. th. 2. lit. e. dictum est.  
quod tamen ita demum fieri censetur, si quid atrocius fuerit  
commisum, & quod aperte ad contumeliam Domini respi-  
ciat, ut si verberibus, vel quæstione per vim & tormenta habi-  
ta servis injuria sit facta. §. 3. Inst. d. t. l. 15. §. 34. & seqq. eod.  
tit. Unde differentia inter liberos nostros & servos obser-  
vanda venit, quod sc. injuria illis facta etiam levissima vin-  
dicetur; his facta non item, nisi gravis sit & atrox. Quod  
si vero communi injuria facta sit, utriq; vel omnibus si plures  
fuerint, facta dicitur, nisi ad unius sugillationem conflata  
appareat. Actio tamen hæc non pro parte dominica, sed pro  
singulorum dignitate & qualitate competit §. 4. Inst. de inju.  
e. g. Si ego & Titius haberemus servum ex partibus æquis  
communem: Ego plebejus essem: Titius senator, & servo  
atrox fieret injuria à Pamphilo, etiamsi ego jam haberem æ-  
quas cum Titio in servo partes, tamen Pamphilus non in ean-  
dem æstimationem mihi & Titio condemnaretur, sed in ma-  
jorem Titio, quam mihi, quia hic non habetur ratio partium,  
quæ mihi cum Titio sunt communes. Nam ubi major est  
dignitas, ibi etiam major injuria. §. 9. Inst. d. t. sed tantum  
ratio personarum, quia Dominus non servis fit iniuria §. 4.  
Inst. d. t. Quibus non adversatur l. 16. d. injur. ubi Paulus  
scribit: non esse æquum pro maiore parte, quàm pro qua  
Dominus est, damnationem fieri. Variè enim ad hanc  
interpretationem, quæ Hotom. *Enunc. 5. & lib. 6. Obs. c. 15.* videtur in  
expli-

explicabilis, responderi solet. Alii enim ad emendationem  
textus confugiunt, & pro non esse aequum, legunt; non esse  
iniquum; alii contendunt *d. l. 16.* pertinere ad determinatio-  
nem & declarationem *d. l. 15. §. ult. eod.* ut videlicet, quod di-  
citur *in d. l. 16.* non pro maiori parte, quam pro qua Domi-  
nus est, fieri damnationem, non significet portiones domi-  
nicas simpliciter spectandas esse, sed hoc, ut pluribus Domi-  
nis, quibus actionem dari dixerat *in §. ult. l. preced.* actionem  
eam non singulis in solidum, sed pro parte dari intelligere-  
mus, nec intelligi ibi partes dominicas, illud argumento  
esse, quod iudex portiones officio iudicis aestimari velit. Alii  
putant *d. l. 16.* intelligi, quando servo communi simpliciter,  
& sui ipsius contemplatione fit iniuria, tum condemnatio-  
nem fieri pro partibus dominicis. *§. 4. v.* quando ad Domi-  
norum contumeliam servus iniuria sit affectus, quod ratio-  
ne Dominorum dignitatis condemnatio institui debeat.  
Alii aliter litem hanc dirimere satagunt, uti videre est apud  
*Bach. n. Not. ad Tr. vol. 2. D. 30. th. 7. & Harpr. ad §. 3. & seqq.*  
*n. 8. & seqq.* Nos (salvis aliorum rectius sentientium iudiciis)  
existimamus, Imperatorem *in d. §. 4. & factum in d. l. 16.* de  
uno eodemque casu nempe iniuria respectu Dominorum ser-  
vo illata loqui: sed *in d. §. 4.* praesupponi disparem Domino-  
rum conditionem esse, & alterum alteri dignitate praevalere,  
sicque non tam partium dominicarum, quam personarum in  
aestimatione iniuriae rationem habendam esse: *In l. 16. v.* o-  
mnium Dominorum, quorum servus iniuria est affectus, pa-  
rem similemque personam s. conditionem esse, adeoque pro par-  
tibus dominicis iniuriae aestimationem & condemnationem  
fieri debere. *Gl. in d. l. 6. Harpr. d. l. & alii.* Caterum Usufru-  
ctuario servo, in quo ego proprietatem habeo, alter vero  
usufructum, iniuria illata, mihi injuriarum actio compe-  
tit, non usufructuario, quia mihi magis quam usufructuario  
iniuria fieri intelligitur *§. 6. Inst. d. t.* nisi in usufructuarii con-  
tumeliam iniuria fuerit facta, *l. 15. §. pen. ff. d. t.* Idem est in  
servo alieno, qui bona fide mihi servit, ut toties non Domi-  
no, sed mihi injuriarum concedatur actio, quoties in mei  
contumeliam iniuria ei facta sit. *d. §. 6.* Ex hisce dictis patet,  
quod hodie propter injuriam ancillis, famulis, mercenariis

D

procu-

procuratoribus & similibus personis liberis, quarum opera utimur, illatam, injuriarum experiri possumus, quoties istæ personæ in nostram contumeliam & sugillationem injuriosè tractatæ fuerint, uti concludunt *Schneidw. ad §. 2. d. t. n. 2. & seqq. Farinac. lib. 3. prax. Crim. q. 103. n. 277. & seqq. Arum. Disp. 24. Pand. lb. 12.* An autem eadem sit ratio in subdito & vassallo, ut sc. ratione injuriæ illatæ etiam superiori nascatur actio, vide *Gail. lib. 1. Obs. 125. n. 4. (d)* spectat enim ad nos injuria, quæ in his fit, qui vel potestati nostræ, vel affectui sũt *subjecti l. 3. §. 1. d. t.* Ratione igitur affectus injuria afficitur per uxorem maritus *l. 1. §. 3. d. t.* ita ut maritus pro injuria facta uxori possit nomine proprio, tanquam pro injuria sibi facta, agere contra iniuriantem §. 2. *Inst. d. t.* quod etiam procedit in injuria facta sponsæ, pro qua sponsus nomine proprio agit tanquam de propria injuria, cum sponsa de præsentibus dicatur coniux, cuius injuriam nos vindicare decet *d. l. 15. §. 24. d. t.* E contrario uxori vel sponsæ pro injuria marito vel sponso illata, actio injuriarum non competit, tum quia uxores à maritis, non viri ab uxoribus defendi debent. *l. 2. ff. d. t. l. 18. C. de procur.* tum quia ob publicam reverentiam & sexus verecundiam prohibentur in iudiciis versari. *l. 2. ff. de R. 7.* tum quia sibi ipsis sufficere possunt, iisque ferè ignominiosum esset, muliebri auxilio & protectione indigere *Rittershus. add. §. 2.* Nisi maritus experiri non possit, utpote si à patrono suo injuria affectus sit, quia hoc casu uxori velut suo nomine agenti actio non deneganda est. *l. 11. §. 8. d. t.* aut injuria sit communis, sive ipsam etiam mulierem directò attingat, puta si fuerit dictum marito, quod sit leno, tum enim uxor agit nomine proprio, tanquam pro injuria sibi illata. Patitur illam injuriam per nurum socer *d. l. 11. §. 3.* si tamen in agendo concurrunt pater uxoris & socer, præferri debet pater, quia verus est pater, socer autem non verus pater, sed loco parentis est, *l. 16. ff. sol. matrim.* quod tamen procedere videtur, quando pater & socer vellent agere non proprio nomine, sed nomine ipsius filix & uxoris respectivè, secus si nomine proprio tanquam de injuria sibi illata, quia tunc uterq; potest agere, nec unus impeditur per alium. *Far. d. q. 105. n. 272. & seqq.* Præterea notandum, ex una injuria triplicem

plicem (& ut alii volunt quadruplicem) oriri actionem, neq;  
unius actionem per aliam consumi, ut puta si meae filiae  
conjugata iniuria facta est, & mihi & patri eius & ipsi (&  
socero) iniuriarum actio incipiet currere *d. l. 1. §. ult.* Sed  
quaeritur hic, An frater propter iniuriam fratri, vel alia con-  
iuncta persona in linea collateralis ob iniuriam coniuncto  
consanguineo ve irrogatam agere possit? Et quanquam com-  
munis *DD.* videatur esse opinio, fratrem, aliasq; personas  
pro iniuria uni ex cognatione iniusta non quidem civiliter,  
sed criminaliter agere posse, *Farin. d. q. 105. n. 281. & seqq.*  
*Schneidw. ad d. §. n. 15.* Contrarium tamen theoricæ verita-  
ti magis consentaneum videtur, tum per *§. 2. Inst. d. t. l. 1. §. 3.*  
*& §. fin.* ubi iure singulari constitutum videtur in persona  
patris, soceri, Domini, mariti, ut pro iniuria facta filiofa-  
miliis, nurui, servo, uxori, agere possit. Ergo in aliis per-  
sonis coniunctis diversum statuendum, tum quod iniuriarū  
causa non publici iudicii sed privati contineat querelam *l. 7.*  
*& l. ult. pr. C. d. t.* privatorum autem iudiciorum sit propri-  
um, ut is tantum, qui offensus aut laesus, non etiam alius pro  
ipso s. civiliter s. criminaliter experiri possit, *arg. l. fin. de*  
*priv. del. ibiq; Gl. Harpr. ad §. 2. Inst. d. t. n. 22. & seqq.* Paritur  
porro aditā hereditate per funus aut cadaver testatoris, he-  
res, *d. l. 1. §. 3. h. t. l. 8. pr. de relig. & sumpt. fin. Bocer. d. cl. 4.*  
*sk. 10.* Præter iam enumeratas nonnullæ & aliæ reperiun-  
tur, per quas in iure pati ex diversis causis iniuriam  
dicuntur, ut Magistratus per suos satellites, si ipsis munia  
sua ex iussu obeuntibus quid contumeliosè accidit. *Wesenb. in*  
*par. d. t. n. 6. Gail. 1. Obs. 125. n. 5.* Et princeps vel Respubl.  
per servos aut legatos, quia hos qui lædit, etiam Principem  
vel Rempubl. læsisse dicitur. *l. fin. ff. de legat. l. 1. §. 2. ff. de*  
*injur.*

### IX.

Finis injuriarum est, ut pudor alicujus lædatur: dolor  
& contumelia inferatur.

Nam sine his ut ex definitione & jam dictis satis su-

perq; apparet, injuria non committitur. l. 3. §. 1. ff. d. t. unde  
si quærat quis, An Magistratus, si ex officio nocenti facit  
quid ignominiosum, aut si quis sceleratum aliquem infamet,  
cujus delictum patet fieri Reipubl. intersit, injuriarum conve-  
niri queat? facilis erit responsio: juris enim executio non ha-  
bet injuriam. l. 3. ff. d. t. l. 18. pr. cod. quia hic aliæ circumstan-  
tiæ spectantur l. 15. §. 13. d. t. Sed crambe bis cocta mordet. Ad  
hæc enim & similia ex supra dictis facili negotio responde-  
ri posse putamus.

X.

Pœnæ injuriarum tam propter tempora quam in-  
juriarum genera dissimilia, variæ sunt. Nam aliam  
pœnam constituit L. XII. tab. ( a ) aliam condi-  
dit Lex Cornelia ( b ) aliam introduxit Edi-  
ctum Prætoris. ( c ) aliam denique jus hodiernum,  
( d )

( a ) Ex L. XII. tab. propter membrum ruptum talio e-  
rat, propter os libero homini fractum pœna pecuniaria §.  
7. Inst. de injur. quæ quidem cum temporis in magna vete-  
rum paupertate satis videbatur acerba. Et hæc injuriæ realis  
pœna olim in Politia Israelitica erat talio, qua par pari re-  
ferebatur, ut quo quis peccaret, eodem puniretur. Deut. c. 19.  
v. 21. Lev. c. 24. v. 20. Exod. 21. v. 24. ( b ) Lex Cornelia quæ ad  
reales tantum injurias pertinet, tulit, ut in eos, qui quempi-  
am pulsassent, verberassent, domumve alienam vi introis-  
sent, judicium daretur. §. 8. Inst. & l. 5. ff. d. t. si verò quis librū  
ad infamiam alicujus pertinentem scripserit, composuerit,  
dolo ve malo fecerit, quod quid eorum fieret, etiam si alterius  
nomine ediderit, vel sine nomine, ut ea de re agere liceret  
& si condemnatus sit, qui id fecit, instabilis esse jubetur l.  
5. ff. d. t. Quæ de re dictum est supra l. 5. lit. f. ( c ) Jure Prætorio  
pœnæ ex L. XII. tab. descendentes in usu esse desierunt,  
& in earum locum Prætores permiserunt, qui injuriam  
sunt passi, eam æstimare; Ita tamen æstimatione facta, ut vel  
tanti judex reum condemnaret, quanti injuria passus æstima-  
verit.

verit vel minoris, prout ei visum fuerit, ubi iudex non solum  
injuriz, sed etiam personæ rei, & qualitatis rationem habe-  
re debet. *d. §. 7. Inst. d. t. (d)* quæ tamen alia est in injuria  
reali, alia in verbali, alia in atroci alia in levi, alia si civiliter  
alia si criminaliter intentata fuerit actio, de quibus in *cbef.*  
*subseq.* fusius dicem<sup>9</sup>. Regulariter tamē & generaliter omnib<sup>9</sup>  
omnio injuriis destinata est pœna, quæ infamiam & ignomini-  
am irrogat: Regulariter enim actione famosa conventus &  
condemnatus infamia notatur *l. 7. de publ. judic. l. 5. §. 9. in fin.*  
*l. 40. l. 42. de injur. l. 1. ff. de his qui notant. Gail. 2. Obs. 102. n. 1.*  
Quod etiam de jure Saxonico & in Electoratu hodie locum  
obtinere tradit *Berlich. part. 5. Concl. 6. 3. n. 2. & 3. etiamsi*  
quis super injuria illata propria autoritate transigat, quia  
transigens crimen quodammodo fateri videtur *l. 4. §. ult. &*  
*l. seqq. ff. de his qui not. inf. l. 18. C. ex quib. caus. inf. irr. & confir-*  
*matio transactionis, licet à judice petatur, ipsis denegatur.*  
*Gail. 2. Obs. 102. n. 15. & seqq. ubi ita in Camera in causa Seba-*  
*stiani Linden contra Philippum Neuberg 17. Nov. 1563. & in*  
*causa Judderer contra Christophorum Senffter fuisse*  
*pronunciatum testatur, quem sequitur Farinac d. q. n. 63.*  
Nisi transactio fiat autoritate judicis vel Magistratus inter-  
posita, quia superioris autoritate transigens super injuria  
vel pœnali aliqua actione non notatur infamia *l. 18. C. ex qui-*  
*ca. inf. Gail. d. t. & protestatio adhibeatur, se non transige-*  
*re, quod delictum fateri intendat, sed ut à vexatione litis*  
*se redimat. Wesenb. in Par. ff. tit. de his not. inf. n. 9.* Injuria-  
rum tamen condemnatus non fit infamis: I. Si injuria sit  
modica, levis, vel minima (videlicet si quis alterum vociter  
indoctum, inconditum, deformem) quia pœna commen-  
surari debet delicto, nec ea gravior admisso esse debet deli-  
cto *§. 12. in fin. ad L. jul. de adult. pœna autem infamiz gra-*  
*visima est, pœnæq; mortis æquiparatur. l. 8. §. pen. ff. quod*  
*met. ca. & de modico non curat Prætor, nec actiones famo-*  
*sas ob rem parvam impertit. l. 4. de in integ. rest. II. Si reus*  
*civiliter conventus per procuratorem se defendit. Hoc*  
*namq; casu sententia in procuratorem tanquam Dominum*

illis profertur, qui tamen condemnatus non notatur, ut  
nec ipse reus l. 16. §. 2. l. 14. l. 21. ff. de his qui not. inf. Quamvis  
opinionem hominum infamiam facti apud bonos & graves vi-  
ros non effugiat. l. 2. ff. de Obseq. par. & pat. prest. Myns. Cent.  
6. Obs. 11. n. 2. 3. ubi ita in Camera in causa injuriarum Dogel-  
bergers / contra Comitem Wilhelmum à Fürstenberg / & ple-  
risq; aliis in causis observatum fuisse restatur. Gail. lib. 2. Obs. 102.  
n. 2. ubi hoc ad evitandam injuriam pro singulari cautela tradit.  
Far d. q. 105. n. 69. Quæ tamen cautela in actione injuriarum  
criminali non procedit. l. fin. Cod. de accus. quanquam nostris  
moribus etiam in criminali actione tam à parte agentis,  
quàm à parte rei conventi per procuratorem agi possit.  
Schneidw. in §. 10. Inst. d. t. n. 17. III. Si reus solvit æstima-  
tionem injuriæ ante condemnationem vel litis contestatio-  
nem, quod est tutius, tunc enim propter solutionem factam  
non condemnatur, sed potius absolvitur ab instantia, & in-  
famia, quam condemnatio irrogat, non notatur. Ne autem  
reus per ejusmodi solutionem crimen fateri videatur, non  
ipse reus solvat, sed alius pro eo, absq; tamen mandato, æsti-  
mationem offerat. Schneidw. ad d. §. n. 13. IV. Si condemna-  
tus appellat vel leuterat, & pendente appellatione & leute-  
ratione operam dat, ne sequatur altera sententia, sed lis pe-  
reat pacto, solutione, vel alio quovis modo. Wesenb. in  
par. ff. de his qui not. infam. n. 9. V. Si iudex expressè in senten-  
tia honorem & famam condemnato reservat. Nam id judi-  
cem ex justa causa facere posse tradit Wesenb. d. n. 9. Gail. lib.  
1. Obs. 65. n. ult. ubi in Camera in causa Ingoldi contra Ammers-  
dorff / item in causa Sebastian Hacken / contra Ste-  
phan Sewfuß / pronunciatum fuisse refert, veluti etiam Am-  
plius. Faul. Lip. pronunciatum: Zum andern auff ewer an-  
dere Frage / obwol sonst derjenige / so einen ohne  
Vorbehalt seiner Ehren zu Recht zueckandten Wider-  
ruffo geleistet / an seinen Ehren anruechtig wird / den-  
noch aber vnd wofern Beklagte Bericht ihres eignen  
begangnen Ungehorsams haben vnd also ob si etiam inju-  
riarum



*juriarum Confessionem*. Inhalts der Klagen Bitte verhei-  
 let worden / vnd darauff Klägern einen öffentlichen  
 Widerruf vor Berichte thun sollen / so werden sie darü-  
 ber an ihren Ehren nicht anrücklich / von R. W. Berlich.  
 d. C. enl. 63. n. 31. Id quod de consuetudine & judiciorum ob-  
 servantia satis expeditum est : De jure v. Civili contraria o-  
 pinio verior videtur, quod sc. iudex, qui in aliquem fert  
 sententiam ex ratione juris, infamantis existimationem  
 non possit conservare, etiam adiciat sententiæ, quod ea non  
 debeat nocere ipsius famæ & existimationi, idq; probatur  
 non tantum per l. 63. de furt. ubi expressè negatur, præsidem  
 efficere posse, ut furti damnatum nova sequatur infamia, sed  
 etiam quod sententia hæc nullo juris textu nitatur. Nam l. 13  
 §. 8. ff. de his qui noc. inf. hoc tantum docet, quod si iudex  
 graviolem pœnam imponat, fama conservetur, ratio est,  
 quia lex, quæ plus consequitur ex damnatione, vicissim ali-  
 quid remittere videtur, quæ exceptio aliis in casibus regulam  
 d. l. 63. de furt. confirmat, ut rectè Bachov. ad d. §. 30. ibi  
 fin. lit. D. plures limitationes & restrictiones vide apud Ber-  
 lich. & Harpr. ad. loc.

XI.

Effectus injuriarum consistit in actionibus ob injuri-  
 am competentibus. In summa autem sciendum  
 est (a) De omni injuria eum, qui passus est, posse  
 vel criminaliter (b) vel civiliter (c) agere.

(a) §. 10. Inst. l. 7. §. 6. l. 37. §. 1. ff. de injur. quia ta-  
 men utraq; ad vindictam comparata est, una intentata alte-  
 ra tollitur l. 1. C. quand. civ. act. l. 6. ff. d. t. Nisi actio crimina-  
 lis & civilis tendant ad diversa, illa ad persecutionem rei fa-  
 miliaris altera ad vindictam, quia tum una per alteram  
 non tollitur. l. 14. de Obl. & Act. Mynsing. cent. 1. Obs. 25. ubi  
 ita in Camera Imperiali in causa Johan. Kern contra Lu-  
 dovicum de Bornhausen iudicatum refert. Gail. 1. Obs. 68. An-

*xon. Tessaer. Dec. 18. n. 8. Copp. Obs. 83. n. 1. (b)* Criminaliter injuriarum agitur, quando actor reum arbitrio judicis vel in corpore puniri vel in poenam pecuniariam fisco applicandam condemnari petit. Si igitur injuriarum criminaliter agitur, de jure Civili plerumq; humiliores fustibus subjiciuntur, cæteri verò vel exilio temporali vel interdictione certæ alicujus rei coërcentur. *l. ult. de injur.* De jure verò Saxonico distinguendum est inter injurias reales & verbales. Pro injuriis verbalibus, si criminaliter agitur, reum intra legitimum tempus triginta, aut, si mulier vel rusticus, quindecim solidos solventem liberari testatur *Coler. Dec. 161. n. 22. & seqq. ubi ita Jenenses Lipsienses, Witebergenses & Magdeburgenses pronunciasse refert*, ita tamen ut præter illos triginta solidos reus etiam in expensas condemnatur. *Schneidw. ad §. 10. n. 9. Inst. d. c.* ubi hoc jus in Practica servari & secundum id pronuciari testatur. Quanquam contraria quoq; opinio, quod nimirum pro injuria verbali poena arbitraria locum habeat, rationibus & præjudiciis confirmata sit. *Coler. d. Dec. n. 16. Berlich. d. Concl. n. 13. & seqq.* Quod ad injurias reales attinet, & si quidem leves, eadem poena locum habet quæ in verbalibus; si verò gravior & atrocior, amputatio manus, cum qua delictum factum est. *Schneidw. d. §. n. 9.* Hodie tamen vetus dispositio Juris Saxonici non obtinet, sed poena arbitraria juris civilis sibi locum vindicat, ita ut injurians non solum publicè revocare cogatur, sed insuper etiam pro conditione & qualitate personarum, loci, temporis & aliarum circumstantiarum, vel poena pecuniaria, vel carcere, vel temporali relegatione, vel quandoq; etiam fustigatione puniatur. *Nov. Elect. Aug. part. 4. Const. 42. (c)* Civiliter injuriarum agitur, quando actor injuriam suam ad animum revocaram jure jurando æstimat. *§. 11. Inst. de injur.* moderatione tamen à judice in libello adhibita, quia poena est arbitraria, ideoq; circumstantiæ personarum, temporum, & locum observari debent, quia hæ augent & minuunt injuriam. *l. 3. l. fin. de injur.* qua æstimatione facta judex actorem jurare jubet, se velle tantum amittere  
de suo

de suo patrimonio, vel non habere in bonis tantum, quam illatam injuriam passum esse: prestituto hoc juramento, judex reum condemnat, ad solvendam summam taxatam & juratam. *Gail. lib. 2. Obs. 102.* Utrum autem necesse sit eam estimationem in libello exprimere & taxare, an verò arbitrio judicis relinqui possit, non omni interpretum calculo est receptum. Nobis tutius videtur, certam quantitatem in civilibus taxari, *Wesemb. in par. ff. d. e. n. 15.* De jure Saxonico ea quoque, quæ modò dicta sunt, hic locum sibi vindicare videntur, de quibus vide *Berlich. d. l. n. 29. & seqq.* Quum autem hodie ubique ferè locorum in praxi observetur, ut injuriatus ad Palinodiam & revocationem verborum injuriosorum & restitutionem infamiae læsæ agat, *Das der Geschmechte auff ein wiederruff Klage*/non immeritò quaeritur, an actio hæc civilis vel criminalis sit? Et civilem eam esse quinque potissimum rationibus ex *Mynsing. cent. 2. obs. 98.* probari potest. Aqua opinione nec alienus est *Gail. lib. 1. Obs. 65.* qui quam sæpissimè in Camera ita judicatum fuisse affirmat: Et proinde cumulari posse cum estimatoria, libellumque que valere, in quo actor cum reclamazione estimationem injuriæ conjungat, *Gail. d. obs. n. 5.* scribit, ita tamen ut expressè in sententia reclamatoria honoris fiat reservatio *Das ihm solches an seinen Ehren vnnachtheilig sey.* An autè de jure Saxonico sit criminalis? vide *Berl. d. l. Adde Dn. D. Riem. quest. jur. Dec. 12. tb. ult. Dn. D. Magn. Frantz. Exerc. Jurid. 12. tb. 9. & alios.* Notandum, quod judex, si parcere injuriantis, & eum ad palinodiam non condemnare velit, habeat ad huc alium modum, per quem condemnet injuriantem ad petendam veniam ab injuriato, *Das Beklagter dem Kläger eine Christliche abbitte thue. Tess. dec. 229. n. 7.*

## XII.

Contraria actionis sunt variæ exceptiones, quæ opponi solent, quæ tamen non incommodè ad duos modos referri posse videntur. Omnis enim injuria aut morte tollitur (a) aut intervivos (b)

E

(a) Morte

(a) Morte quidem tam injuriantis, tam injuriati, cum ad heredes non transeat. *S. 1. Inst. de perpet. & temp. act. l. 10. S. 2. pr. si quis caus. jud. sist. l. 32. ad L. Falc. l. 13. l. 15. S. 14. l. 28. ff. de injur. & fam. lib. nisi lis fuerit contestata S. 1. Inst. de perpet. & temp.* (b) Idq; vel expressè vel tacitè, Expressè dicitur remissa injuria per contrariæ vocis declarationem, quando sc. reus ante litem contestatam, se verba illa, quæ tanquam injuriosa ab actore acceptantur, eo animo non protulisse asserit, deq; bona fama & existimatione injuriati judicialiter & publicè restatur. *Carpz. d. Const. def. 11. n. 2. Item per pactum, conjunctionem, transactionem, aliosq; modos, de quibus videri potest Schneidw. ad S. ult. Inst. n. 3. Gail. lib. 2. Obs. 106. n. 3. Harpr. n. 36. & seqq.* Tacitè remissa censetur injuria per signa & conjecturas reconciliationis. Quæ quidem præsumptiones & conjecturæ cum variæ sint, de ijs, videri potest *Farin. d. q. 105. Insp. 8. n. 340. & seqq.* Potissima tamen conjectura à jure introducta ad probationem remissionis injuriæ est ea, quæ à dissimulatione & non revocatione ad animum ortum habet *S. ult. Inst. de injur. l. 11. S. 7. ff. eod.* Ad animum autem non revocata dicitur, quando injuriatus in continenti ostendit, se adversus injuriantem bonæ voluntatis, cum possit liberè & tutè contrarium ostendere, item si post illatam injuriam ridet, bibit, & comedit cum injuriante. Oritur porro signum & conjectura remissionis injuriæ ex familiari conversatione cum eo à quo injuriã recepit, salutatione vicissim facta ab injuriate, & injuriato. Hi tamen & similes familiaritatis actus tum demùm procedunt, si fiunt sponte & motu proprio, secus si ex alia occasione, utpote quando simul fuerint invitati ad magnum convivium, & ad unam mensam positi, quia tum actus isti videntur facti ex quadam honestatis necessitate, & reconciliationem non inducunt. Non enim actio, sed rancor (ut loquuntur *Dd.*) & odium animi remissa censentur. Unde solent *Aulici pocula injuriantis jure Aulico accipere, Auff Hoffrecht* / hoc est citra præjudicium injuriæ. *Gail. in tract. de Arrest. Imper. c. 14. n. 9.* Aboletur tandem & injuriarum actio præscriptione

ptione & lapsu unius anni utilis. *l. 15. Cod. de injur.* Quod tamen de injuria ex Edicto Prætoris descendente intelligendum venit, secus enim est in actione Civili, quæ ex *L. Cornelia de pulsatione, verberatione & introitu in domum proficiscitur*, hanc enim esse perpetuam, atq; ita etiam post annum intentari posse plerisq; visum est. *Myns. Cent. 1. Obs. 84. & Cent. 5. Obs. 7. n. 8. l. 8. ff. de injur. Schneidw. ad §. ult. n. 3. Gail. lib. 2. Obs. 104.* Annum autem hic intelligi utilem, hoc est annum istum non statim à die & tempore illatæ injuriæ, sed à tempore scientiæ currere, pulchrè ostendunt & defendunt *Harpr. ad d. §. ult. n. 34. Mynsing. d. Cent. 5. Obs. 7. Gail. d. t. Fachin. lib. 9. Contr. jur. c. 8. & alii ab his citati.* Deniq; queri potest, An actio injuriarum Recantatoria etiam lapsu unius anni aboleatur? Et perpetuam esse, hoc est, triginta demum annorum spacio exspirare constat, tum quia consuetudine, quam juris Civilis speciem esse constat, introducta est. *l. 32. de LL.* Et actiones Civiles esse perpetuas, patet ex *§. 1. Inst. de perpet. & temp. act. rum* quia hæc actio est persecutoria, quippe quæ ad honoris persecutionem principaliter tendit. Actiones a. has s. prætorias s. civiles, esse perpetuas, non dubitatur. *d. §. 1. Inst. Harpr. ad d. §. ult. n. 16. & seqq.*

Et hæc sunt, quæ pro ingenij tenuitate & temporis brevitate (inopinatò siquidem ab hinc avocatus) sub incudem revocare volui. Filium itaq; ab rumpo, & si alicubi aberravi, ut omnes nihil humanià nobis alienum putare debemus, nemo mihi vitio vertet, sed ætati meæ ignoscet, per quam nondum satis accurratè omnia assequi potui. Maturior, volente & favente Deo, forsitan nonnulla correxero.

*Μόνα τῶ Θεωηδόξα.*

### Corollaria.

1. Actio ad palinodiam in verbalibus tantum injuriis locum habet,
2. Si actio injuriarum criminaliter intentata fuerit, processus solennis judicii criminalis non observatur.

3. Actio

3. Actio ad palinodiam in heredes injuriantis non transit,

4. Actio injuriarum cum processu ex L. diffamari C. de ingen. manum. in uno eodemque libello non potest cumulari.

**W** Du packe dich / packe mit deiner gespitzeten Waffnen /  
Du blutiger Thron ! Dein falscher vnd giftiger Sinn /  
Vnd deine gestachelte Zunge kan nichts mehr schaffen /  
Auch deine so lange vergallerte Feder ist hin /  
Als der du Lyncambes sein Eydemann wurdest geheissen ;  
Denn siehe Herr Dckell dein mächtiger Sieger jetzt ist /  
Damit du hinfüro kanst nimmer unschuldige beissen ;  
Herr Dckell zerstäubet / vertreibt die schmähende List ;  
Derhalben einjeder zuwürdigen Ehren jetzt singet /  
Sein Halle stimme kräftig vnd hefftig ihr Viva mit ein /  
Vnd alle nicht schuldig geschmähere Seele sich zwinget /  
Vmb Ihr zuerheben zum höchsten himmelischen sein /  
Auch Phebus der windee vnd bindet ihm ewige Kronen  
Mit welchen im kurzen er prächtig wird werden bestrah't /  
Ja / *Fama* verspricht mit vnssterblichkeit Ihme zu lohnen !  
Also wird Herr Dckell : sein Fleißig : seyn herrlich bezahlet !  
*Johann Frise Nob. Bor. Aufß Gostkoto.*

**P**raesens hora, Tibi reportat eia  
Famam per celebrem favente Dice :  
Verbosa hæc ubi bella sorte fausto  
Adpetis modo perge perge perge  
Donec ducta Themis (jucunda dona!)  
Imponit Tibi nexilem coronam.

*Ita Eximio atq; Eruditissimo Dn. Respondenti Fautori  
domestico ac Consalino suo suavissimo  
amicus gratulatur*

**Christophorus Kochlerus, Salfeld. Thur.**

**I**n fractos urgens conatus, indeq; Juris  
Ocelli tractas memata certa solers.  
Hinc meritò summæ tibi crescet ad orea laudis,  
Diceris & Themidos non inamœnus honor

**Leander Wolweber Numburg. Misn.**

*IOANNES ANDREAS OCCELIUS HAL JURIS STUDI*

*(καὶ ἀναγγραφα)*


*THEO ! IN ARENAS ILLAS DESCENDIS VIR VOCATUS.*

**I**LLAS IN Themidos VIR rite VOCATUS ARENAS  
DESCENDIS ; tibi IHO : ferta parata manent.

**VVolfgang - Andreas Reyer Cygn. Mysn.**

00 A 6415


107





VOM





~~67~~ 58.  
DISPUTATIO IURIDICA  
DE  
INIURIIS ET FA-  
MOSIS LIBELLIS,

Quam,  
DIVINA ANNUENTE GRATIA,  
*Magnifico & Nobilissimo Jætorum Ordine in inclÿta  
Salana consentiente & approbante,*

SUB PRÆSIDIO  
VIRI  
*Amplissimi Consultissimi atq; Excellentis-  
simi*

Dn. CHRISTOPHORI PHILIPPI  
RICHTERI, Jcti, & PROFESSORIS PV-  
blici, Consiliarij Saxonici & Ebersteinensis gravisimi, Facultatis  
Juridicæ Senioris, & p. t. Decani, nec non Curia Provincialis &  
Scabinatus Assessoris Celeberrimi & c. Domini Præceptoris,  
Patroni ac Promotoris sui, Summo honoris &  
observantiæ cultu usquevaq; profe-

qvendi,  
*Publicæ & placidæ discussioni sub-*

*jicit*  
JOHANNES ANDREAS Gsell/

Hallensis Saxo.  
in Auditorio Jætorum.  
*ad diem 10. Octobr. horis matutinis consuetis.*

JENÆ,  
Literis CASPARI Freyschmieds/ & GEORGI Sengenwaldes.

ANNO M. DC. XLVI.